Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tenere. & bonorum remunerationem in fine p
aperit. De his quatuor mensib. saluator
discipulis suis in euangelio loquitur. Hominem
uos dicimus. quia quatuor menses ad
messem. His nanq; quatuor mensibus
messis consummatur. quia his quatuor, pfec
tib. fidelium saluatio indice iudicii ter
minatur. SEQVITVR.
Et ascendit dauid & uiri eius. & age
bant predas de iessuri. & de gedori. & de
amalechitis. Hii autem pagi habitabant
in terra antiquitus. cum ab sur usq; ad
terram egypti. Et percutiebat dd omnem ter
ram. nec relinquebat uiuentem uirum &
mulierem. tollensq; oues & boues. & asinos.
& camelos. & uestes. reuertebatur & uenie
bat ad achis. Dicebat autem ei achis. In
quem irruistis hodie. Respondit q; ei dd.
Contra meridiem iudee. & contra meridiem
iramel. & contra meridiem cenei. Virum &
mulierem non uiuificabat dd. nec adducebat dices: Ne forte loquantur adusu nos.
Hoc fecit dd. & hoc erat decretum illi cunctis diebus quibus habitabat in regione phi
listinorum. Credidit q; achis dd dicens. Quia
mala operatus est contra ppm suum israhel.
Erit michi seruus sempiternus.
DAVID Ascendit & predas agit. cum
filius dei suc incarnationis mysteria. uicis
omnibus & peccatis opponit. Viri ei ascen
dunt. & predas agunt. cum ppheta & apli eoq;
successores. sua predicatione. & exemplo imitatio
ne. uitiis & peccatis resistunt. Viri dauid
ascendunt & predas agunt. cum fideles omnis
xpm imitando. & crucem suam baiolando.
uitia & peccata in se configunt. Predas
de gessuri agunt. qui superbiam que de sanc
tae presumptione maxime nascitur. in humi
litate deponunt. Iessuri enim intra lumen
meum. uel applicantes e lumine meo inter
pretatur. per quam scientia designatur. quae intra lumen sex septem castra metatur. De gedo
ri. predas agunt. qui uanam gloriam per ostentationes
prosternunt. Gedori enim applicantes siue acce
dentes dicitur. per quod uana gloria exprimitur. quia se sensibus
hominum silentium applicat. & accedendo in infinitum se multiplicat. Predas de amalechitis
agunt. qui gulam per continentiam expungunt.
Amalech enim populus lambens uel lingens dicitur. per quod
gula lambens in carnis concupiscentiis exprimitur.
Vnde bene subditur. Hii enim pagi habitabant in
terra antiquitus. cum ab sur usq; ad terram egypti.
Hii pagi in terra habitant antiquitus. cum per superbiam. &
uanam gloriam. & gulam. primi illi parentes de habi
tatione paradysi expugnantur. Sur enim. cum
in hunc angustiam. quia sur sonat angustiam. per
superbiam. uanam gloriam. & gulam deuenimus. Vsq; ad
terram egypti cum. quia auctor scientiae participa
tione in tenebris ignorantiae corruimus. Dauid
omnem terram percutit. quia filius dei omnem terrenitatem
gladio spiritus quem ubique dei recidit. Dauid non relin
quit uiuentem uirum & mulierem. quia ex mortificat
peccati suggestionem & delectationem. Dauid
oues tollit. cum filius dei innocentiam uitae restituit.
Boues tollit. cum immortalitatis spem reddit. Asinos
tollit. cum humilitatem & simplicitatem tribuit.
Camelos tollit. cum sufferentiam labor & temptatio
nem addit. Vestes tollit. cum diuisas uirtutum speci
es largitur. quibus peccata tegantur. Cum his spoliis dd
ad achis redeunt. quia ex ppto gentium hae dona p
fidem & dilectionem sua largitur. Achis dauid
requirit. in quem hodie irruerit. quia populus fi
delium diligenter intuetur. ubi xpi spem operatur.
Dauid achis respondet. cum xpus suis fidelibus opu
tionem sui spem ostendit. Contra meridiem indee. & contra meridiem iramel. & contra meridiem
cenei. Contra meridiem iudee dd irruit. cum xpus p
spem sui operationem hominem ad penitentiae efficacem
adducit. Contra meridiem iramel irruit. cum intentatione hominem per mitem suae defen